

TONUS XXXXIV.
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-45. —
SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:



STRENA
DANIELIS
TOSSANI S.
THEOLOGIAE D. ET
pro tempore R E C T O R I S.

Ad inclytam Academiam Heidel-
bergensem, & eius fautores.

MEDITATIO IN PSALM. I. & II.

Calend. Janu. 1595.



HEIDELBERGÆ,
Apud ABRAHAMVM SMESMANNVM,
ANNO cIc. Io. xcV.



Meditatio in Psalm. I. & II.

II

VULTIPLEX certè est hominis miseria su- Miseria
hominis.
per terram , multisque lacrymis tum ab
ipsis adultis , tum ab infantibus , statim
vbi ex utero matris prodeunt, sàpe defle-
ta. Quid enim hoc animante imbecil-
lius, quid imbelle magis , & omnibus iniuriis exposi-
tum editur in hanc lucem ? Hoc vnum animantium Plin. in
procemio
lib. 7.
cunctorum, alienis vel atropibus : cùm cæteris varia te-
gumenta tributa sint: testæ, cortices, coria, spinæ, villi,
setæ, plumæ, squamæ, vellera. Homo nudus & in nuda
humo, natali die abiicitur ad vagitus statim, & ploratū:
Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos
genitas, vincula excipiunt, & omnium membrorum ne-
xus: & vix natus homo iacet, manibus pedibusque de-
uinctis, flens à suppliciis vitam auspicans. Heu demen-
tiā ab iis initis existimantium ad superbiam se geni-
tos. Prima roboris spes , primumque temporis munus
quadrupedi similem facit. Quando homini incessus?
quando vox? quando firmum cibis os? quamdiu palpi-
tans vertex, summae inter cuncta animalia imbecillitatis
indictum? Iam morbi, totque medicinæ contra mala
excogitatæ, & hæ quoque subindenouitatibus victæ, &
sunt multa medicamenta , aliud nihil quām noua tor-
menta. Itaque multi extitere, qui non nasci optimum
censerent, aut quām ocyssime aboleri. Vni ferè animan-
tium luctus est datus, & vt loquitur Iuuenalis:

Hæc data pœna diu viuentibus ut renouata
Semper clade domus, multisq; inluctibus, ing;.
Perpetuo mærore & nigra ueste senescant.

Satyr. 10.

At ratione præditus est homo. Quid tum? cum be- Bernard.
stii s' ipsi bestialior sit homo, rationem habens & ratio-

A 2 ne non

ne non vtens. Vni huit ferè homini innata luxuria, & quidem innumerabilibus modis ac per singula membra diffusa: Vni ambitio: vni auaritia: vni immensa viuendi cupidio: vni supersticio: Nulli vita fragilior: nulli rerum omnium libido maior: nulli pauor confusior: nulli rabies acrior: Denique cætera animalia in suo genere probè degunt, & congregari & stare videmus contra dissimilia: Leonum feritas inter se non dimicat: Serpentem morsus non petit serpentes: ne maris quidem belluæ, nisi in diuersa genera sœuiunt. At, Deus bone, quām multa homini ab homine mala nascuntur! Et extat, (inquit Cicero) Dicæarchi liber de Interitu hominum, qui collectis cæteris causis, eluisionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum repētinæ multitudinis, quarum impetu multa hominum genera consumta: deprehendit plures deletos hominum impetu, id est bellis, aut seditionibus, quām omni reliqua calamitate.

Tuscul. 1.1. Etsi igitur (ut idem Philosophus alibi loquitur) parvulos nobis dedit natura igniculos, eos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturæ lumen appareat: & simul quām editi in lucem & suscepti sumus: in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, ut planè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.

Cap. 14. Quam homini miseriam, vt soli pij, ac reuerentes. Iehouam, ex Dei verbo verè penitusque agnoscunt: Sic soli verè, seriisque gemitibus omnibus temporibus deplorarunt: veluti Job, cùm ait Hominem natum muliere: breuem ætate floris instar succidi, fugacesque umbras instar labi annos: Inhabitare domos argillaceas, quarum fundamentum sit in puluere, citiusque tinea atteri oninem hominum splendorem: Eos ad laborem natos, veluti auis ad volatum: Cinctos planè & cooperatos.

Job 5.
Job 9.

III

vos peccatis, ac Deo abominabiles: In carne doloris
semper aliquid in animo mœstiam sentientes: quem - Iob 14:20.
admodum & David lamentatur: Non esse sanitatem in
carne sua propter iram Dei: nec pacem ossibus suis pro-
pter peccata sua. Et Psalm. 39. Omnem hominem me-
ram esse vanitatem: palmæ instar mensurabiles esse dies
nostros: qui ut dies hesterna prætereunt, & sicut herba
Psal. 90.
cuaneantur: ac instar torrentis ex imbris conflati de-
currunt. Deo enim ponente in conspectu suo peccata
nostra per eius iustissimam iram conturbari & effluere.
Quid quod selectissimus ille Apostolus reliquias ipsas Rom. 7.
peccati nobis adhuc multum negotij facecentes intuēs,
exclamat: O me miserum: Quis me liberabit à corpore mortis
huius, id est, ab hac massa peccato & morti obnoxia? Est
illa omnino summa hominis miseria, quam ex Dei Lege
dēmum funditus agnoscimus, quod homini cum Deo,
carni cum spiritu perpetuum est dissidium, & quod per
peccatum gloria illustris illius imaginis Dei spoliati, &
miseram terreni Adami imaginem gerentes, mancipia
Diaboli facti sumus.

Cæterū quemadmodum piē monet B. Augustinus: Felicitas
hominis.
Non solum miseriis humanis: verū & Dei misericordia plena
est terra: & iniqua est (inquit Cicero) præteritis bonis mali-
p. de legib.
rum enumeratio. Nihil itaque homine quidein miserius,
qui in sua Adamica natura relictus, eo est miserior, quod
miseriam suam non sentit: & in eo, quo nihil est mise-
rius, vivere scilicet ut velis, & velle quod non decet, fe-
licitatem suam constituit. Neque enim tam miserum Augustin.
est, non adipisci quod velis: quād adipisci velle quod nō epist. ad
Prob.
oporteat. Imò tantò miserior est homo; quantò facilius
mala eius voluntas impletur.

RECTE Igitur DAVID de vera BEATITUDINE Psalm. 4.
nos edocerūs, ante omnia falsas illas opiniones nobis
eximit, eorum nimirum, qui impios & huius seculi fi-

A 3 lios

lios beatos prædicant, atque adeò eos qui cupiditatibus
Malach. 3. suis, & prauis libidinibus indulgent, & ad huius seculi
nutum se componunt, aggregantes se ad maiorem par-
tem, quæ ex uno peccato in varia flagitia ruens, secura-
tanquam ex plaustro, aut hemicyclo, piorum simplici-
tatem & Dei minas ac iudicia deridet. Ille nimirum est
primus felicitatis gradus, declinare à malo tanquam à
nostræ miseriæ fonte, & ab impiorum se subducere con-
sortio. Quæ enim causa est, cur felicitatem exoptent
omnes, adipiscantur pauci, nisi quod haud satis intelli-
gunt plerique vnde gaudendum, & vnde rursus dolen-
dum sit: Vnde felicitas haurienda, vnde nostra scaturiat
miseria. Extra nos omnino felicitatem quæramus oportet,
imò extra mundum ipsum, si solidam eam habere,
non autem ludicram umbram consectari volumus: &
tamen in ipso mundo nobis offertur, ab eo nimirum,
quem constat fontem esse omnis boni, nempe à Deo
ipso: & in nobis felicitas ipsa existere potest, quatenus
Luc. 17.
Rom. 14. regnum Dei est in nobis: regnum pacis, regnum iusti-
tiæ & gaudij in Spiritu Sancto.

Apage ergo eam felicitatē, quæ in miseriis ipsis quæ-
ritur: quæ corpus & animam prægrauat: quæ conscienc-
Psalm. 37. tiam rodit, quæ æternis terminatur doloribus. Absit,
absit ut æmulatione impiorum ducamur, ut facientibus
malum inuidemus. Nam licet frondentium arborum
instar extollantur. & conspicui sint ad tempus, breui ex-
Matth. 7. cindentur, & peribit memoria eorum. Absit, inquam,
ut spaciosem illam viam insistamus, quæ ad exitium du-
cit. Quæ cæcitas animi, quæ dementia est, amare
pressuras & pœnas, & lacrymas mundi, & non festinare
potius ad gaudium, quod nunquam possit auferri? Sed
hoc fit, (inquit B. Cyprianus ibidem) quia FIDES deest,
quia nemo credit futura esse quæ promittit Deus, qui
tamen solus verax est. Ille ergo demum MODIS OMNI-

Cypr. de
Moralit.

BVS



IV

BVS BEATVS existit spe nimirum in hoc mundo, &
RE ipsa in futuro seculo, qui credit Diuinis promissio-
nibus, & in eum credit, qui habet verba vitæ æternæ,
eaque iugiter recolens iis sese oblectat: Dei verbum pro
thesauro suo, pro lucerna pedum, pro suis deliciis ha-
bet: inde veram Sapientiam, inde vitæ normam petit,
seseque ad eius nutum & obedientiam conformat, qui
est VIA, VERITAS & VITA. Ne igitur dicamus: Iohann. 14.
Væ nobis quia pauperes sumus: Væ nobis quia multa
patimur: Væ nobis quia mortales sumus. Sed væ nobis,
si abiicimus verbum Domini: Si correctionem Patris
cœlestis detrectamus: si securi otio & voluptatibus car-
nis nos tradimus. Esa 5.1.
Væ iis, qui trahunt iniquitatem, Esa 5.1.
quasi per funes: Væ iis, qui dicunt malum bonum, & bo-
num malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tene-
bras: Væ iis, qui sapiëtes sunt in oculis suis: Væ iis, qui viri
fortes in epotando vino videri volunt, & qui impium
pro muneribus iustificant. Væ securis, qui in opibus, vel Amos 6.
potentia sua confidunt. Beatum autem illum, & om-
nibus numeris beatum, cuius Dominus Deus est: & qui
ad Legis eius præscriptum ambulat: & via testimonio-
rum eius delectatur. Nam licet variis calamitatum pro- Psal. 92.
cellis sit expositus, & impetus varij fiant in ipsum, haud
tamen succumbet, sed palmæ instar se eriget, & perpe-
tuò virebit: ac plantatus in domo Dei per gratuitam
electionem, insitusq; Christo per fidem varios amænif- Galat. 5.
simosque fructus, caritatis, patiæ ac humilitatis edet: Rom. 8.
omnia denique etiam aduersa ei ad salutem cedent.
Quoniam in me sperauit, (inquit Dominus) liberabo Psal. 91.
eum, protegam eum, quoniam cognouit nomē meū.
Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: Cum ipso sum
in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum; Lon-
gitudine dierum replebo eum, & ostendam ei salutare Psal. 32.
meum. O illum ergo verè beatum, qui Deum habet
propi-

propitium, cuius remissa sunt iniquitates & recta pe-
cata: quibus illa non imputantur, sed imputatur illi:
iustitia, qui à Patre factus est nobis Sapientia, iustitia, sa-
lificatio & redemptio. Huic est Deus refugium & re-
frigerium in tribulatione. Hunc erudit & docet Deus

1. Cor. I.

Psalms. 103:

Iohann. 16:

Psal. 16:

Psalms. 125:

Proverb. 4:

Psalms. 83:

qua via ambulandum sit: In hunc prouidos & benignos
suos oculos nunquam non coniicit huius morbis omni-
bus medetur Jehoua, hunc circumtegit miserationibus

suis, si eum curæ sollicitant, curationem earum inuenit

apud Dominum. Huic pacem & gaudium quod nun-
quam auferetur ab eo donat. Huius etiam morientis
cadauer requiescit in spe beatæ resurrectionis. Huius

spes, quia veritate & potentia Dei nititur, nunquam cō-

funditur, sed instar montis Sionis firma & immota ma-
net. Et quid mirum! Cum piorū animos suauiter irriget
Spiritus ille, paracletus qui solus & certas spes donat,
amarasque curas eluere efficax est. Non enim uero his
bonis, hac felicitate fruuntur impij, quantumuis super-
biant: medias inter opes inopes, & in suis miseriis tri-
pudiantes, non secus ac cochlearæ illæ Æsopicæ: quæ dū

torrentur, canere videntur. Sic quies fatuorum, (inqui-
Salomo) interficiet eos: & tranquillitas stolidorum perdet eos
Et quid quæso felicitatis eis adesse potest, in quos per
petuò Dei ira incumbit, quos mala conscientia vexat
mortis expectatio cruciat, & varij improuisique casu:
omni illa felicitate, quam in terrenis voluptatibus quæ

rebant, exiunt, nec secus ac paleam ventus, dispergunt,
qui velut rota perpetuò voluuntur, quos Dei turbo &
procella conturbat: quorum facies pudore & ignomi-
nia respergitur, qui nec in terris in cœtu eorum repe-
riuntur, quorum nomina scripta sunt in cœlis: nec in
illa vita in cœtu beatorum locum habebunt, & qui pios
in hoc mundo proscrisserunt, ac ἀποστραγγέλησerunt,
in æternum à facie Dei, & piorum consortio, ex cœlesti

illa

V

illa Hierusalem eliminabitur: Hic enim non homi-
num iudicio stabitur, sed iustissimi illius iudicis, qui suos
agnoscit, quos & in Christo elegit, & qui veri sunt ip-
sius domestici: viamque salutis cognoverunt: peribunt
autem omnes qui viam illam latam, quæ dicit ad inte-
ritum, insistunt, & peribunt consilia, concidentque co-
natus impiorum, quos infelicissimus manet exitus. Nō
est itaque, cur pium peccatum turbet, aut percellat con-
spiratio profanorum regum & populorum, aliorumve
huius seculi furiosa contra Christum & Euāgelium eius
coniuratio. Sint illi licet vafri & versuti, sint potentes &
conferti, inanes erunt omnino eorum molitiones, &
perficient nihil, siquidem non est sapientia, aut poten-
tia, quæ Domini Dei consilia interturbare possit. Res
enimverò ipsis est, non cum miseris homuncionibus,
quemadmodum sibi persuadent: sed cum ipso JEHO-
VA, & cùm eius MESSIA, ac liberatore nostro, qui
cùm sit æternus Dei filius, per quem omnia cōdita sunt,
Rexque & caput Ecclesiæ constitutus, quisnam illi præ-
ualere, quis decretum illud de seruanda per Christum
Ecclesia infringere poterit? Insurrexerunt quidem in
eum iam olim variæ hostium phalanges, Iudæorum pro-
ceres: Gentium reguli, nominatim Herodes & Pontius
Pilatus, nec destiterunt alij excutere eius iugum, asper-
nari doctrinam, persequi Apostolos & Ecclesiam Chri-
stianam: Sed Deus bone, quām irrito conatu: alliden-
tes ad hanc petram, quæ ipsos testarum instar confregit:
ita ut nubeculæ in modum euanescentibus illis centau-
ris, Euangelium manserit, & manserit Ecclesia; No-
lentes autem gratiosum illud Euangelij nuntium audi-
re, terribilē Dei omnipotentis vocem audire effecta sci-
licet potentiaz & iudiciorum Dei experiri coacti sunt: &
leue iugum Christi induere renuentes: sceptro ferreo
virtutis eius contriti fuerunt, & fuerunt non semel, vel

Psal. 2.

Prover. 21.

Act. 4.

Psal. 149.

B reges

reges ipsi, & reguli compedibus manicisque ferreis alli-
gati, quotiescumque Deo visum est illorum vlcisci con-
tumaciam: *Discant itaque iustitiam moniti, nec temnere Christum.* Hunc illi agnoscant & reuereantur in cœlo re-
gnantem, quem Orientales reguli in vili præsepio, aut
cunis iacentem coluerunt. Hic factus quidem est no-
stri causa paruulus, hic iuxta hominem natus de mulie-
re in seculo, qui ante secula gnatus est æternus Patris æ-
terni, qui suis humeris principatum suum gestat, pro-
priisque viribus omnia administrat. Hic admirabilis,
hic Deus fortis, hic princeps pacis, & vitæ autor æternæ.

Esa. 9.

psal. 146. Beati qui confidunt in eo: Maledictus certè qui confidit in
Ierem. 17. homine & in filiis hominum, in quibus non est salus:

Matth. 16. Sed beati qui confidunt in hoc Homine: qui est Christus.

Hilar. 1.2.
de Trinit. Filius Dei viuentis: V N V M hoc est immobile funda-
mentum: Vna hæc est felix fidei petra, Petri ore confes-
sa, *Tu es Filius Dei vivi*: tanta (inquit Hilarius) in se susti-
nens argumenta veritatis: quantæ peruersitatum quæ-
stiones moue buntur. Quare qui gloriatur, in hoc Do-
mino glorietur: Ea verò est perfecta gloriatio in Deo,
quando propter suam iustitiam quis non extollitur: Sed
agnoscit se vera destitui iustitia: & S O L A in Christum
fide iustificatum. *Nihil tibi, ô homo, relictum, in quo glo-
rieris, ut omnia tua bona in Christo queras.* Atqui quos-
dam mouet, inquit B. Cyprianus, quod æqualiter cum
impiis nos nostrosque morbi corripiunt, & alia huius-
vitæ incommoda infestant. Mouet quosdam quod sit
nobis cum cæteris mortalitas ista communis, quasi ad
hoc crediderit Christianus, vt à malorum contactu im-
munis Mundo & seculo feliciter perfruatur, & non po-
tiùs: vt per perpessiones ad futuram gloriam præpare-
mur & reseruemur. Ad omnia enim uero te paratum
facere timor Dei & fides debet, sit licet rei familiaris
amissio, sit de infestantibus morbis, affidua membro-
rum.

Basilius.
Homil. de
humitate.

De Mor-
talit.

VI

rum vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus
charis funebris & tristis auulsio: non sint tibi (inquit)
scandala ista, sed prælia: nec debilitent, aut frangant
Christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione
virtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum
præsentium, fiducia futurorum bonorum. Delicata ia-
ctatio est, quamdiu periculum non adest, at conflictatio
in aduersis probatio est veritatis. Arbor, quæ alta radice
fundata est, ventis incumbentibus non mouetur, &
quando area fruges terit, ventos grana fortia & robusta
contemnunt, inanes paleæ flatu portante rapiuntur.
Quando ergo infirmitas & imbecillitas, & vastitas ali-
qua gravissatur, tunc virtus nostra perficitur, tunc fides, si
tentata persistenter, coronatur. Hoc denique inter nos
& cæteros interest, qui Deum nesciunt, quod illi in ad-
uersis murmurant, queruli sunt & impatientes: nos ad-
uersa non auocant à virtutis & fidei veritate, sed corro-
borant.

Nos itaque cum Dauide, sic concludamus: *O beatos* Psalm. 2
omnes qui confidunt in eo. O felices ter & amplius: quos
irrupta cum Christo copula tenet: quandoquidem in
ardentissima illa ad Patrem cœlestem precatione pro-
talibus hoc votum concepit: *Pater, quos dedisti mihi, ve-* Iohann. 17.
lim, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut conspiciant gloriam
illam, quam dedisti mihi.


F A C itaque, ô Domine I E S V, cuius vel hoc ipso votum
elapso anno bonitatem, prouidentiam, & plus quam
paternam nostri curam multis modis experti sumus, vt
in dies abnegantes nos ipfos, in vera fide proficiamus,
totique à te pendeamus. Sis perpetuò lux nostra, spes
nostra & elypeus noster: conserua clementer hanc Sa-
reptulam, neceam exponas maleuolorum ludibriis, vel
furoribus: Fac, vt vel in medio inimicorum hæc flo-
reat Ecclesia, floreat inclita hæc & orthodoxa Schola.

B. 2. Da.

Da probos mores docili iuuentæ: Da sene&tuti placidæ
quietem: Auge serenissimo Electori, patrono nostro
clementissimo remque prolemque & decus omne, ac
ei vitam in multos annos meliusq; semper proroges æuum.

Fac Fides, & pax, & honor pudorque prius, & ni-
mis neglecta virtus, in omnium ordinum homines re-
deat, appareatque *beata pleno copia cornu*. Fac denique
ut domitis tot ferocibus Antichristis respiret &
feliciter propagetur Ecclesia, & ut sollicitè
ac religiosè nos ad ultimam illam &
gloriosam *ΠτιΦάνειαν* tuam,
quæ præ foribus est,
comparemus.

A M E N.



Umg. VI 45

ULB Halle
002 379 767



3

s. b.

WNA

THE FLOWERS OF THE EARTH ARE IN SEVEN
WORLDLY SIGHTS: R.

18.0 : 819.0

ព្រះរាជាណាចក្រកម្ពុជា

ព្រះមហាក្សត្រ បាន់បាន់

សាសនា ព្រះមហាក្សត្រ

卷之三

ప్రాణికాల వ్యవస్థల కు
ప్రాణికాల వ్యవస్థల కు

فیلیپ ریکی. گلیز.

בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא
בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא
בְּרֵאשִׁית בָּרוּךְ הוּא

1900-1901
1901-1902
1902-1903
1903-1904

תְּהִלָּתְךָ שְׁמָךְ
בְּנֵי צְדָקָה תְּהִלָּתְךָ

卷之三

卷之三

BRITISH MUSEUM

Ấn Độ: Tên là Trung Quốc, tên Hán là
Trung Quốc, tên Anh là China

1000 feet elevation
about 6 miles south of Oberon

This image shows a close-up, high-angle view of a dark, rocky surface, likely a cliff face or steep slope. The rocks are composed of various shades of brown, tan, and grey, suggesting different mineral compositions or weathering patterns. The texture is rough and uneven, with numerous small crags and ledges. A few larger, more prominent rock formations are visible, particularly on the left side. The lighting is dramatic, with strong highlights and shadows that emphasize the three-dimensional nature of the rock face. The overall impression is one of a rugged, natural landscape.

Dr. J. G. Clegg
M. A., M. B., B. Chir.
F. R. C. S. Eng.

Die Geschichte
der Stadt
Hannover
in Bildern
aus
ihrem
Bestande

A dense forest of tall evergreen trees, likely Douglas firs, with dark green needles and some yellowing at the tops. The trees are closely packed, creating a dark green canopy. The ground is covered in fallen needles and small plants.

This image shows a close-up of a textured, dark-colored surface, possibly a book cover or endpaper. The texture is irregular and mottled, featuring a mix of dark brown, tan, and light greenish-yellow colors. The lighting highlights the depth of the surface, creating a rich, organic appearance.

1511-12

1881-1891
E. H. A. 1421

This image shows a close-up of a dark, textured surface, possibly a book cover or endpaper. The material has a mottled appearance with various shades of brown, tan, and black, indicating age and wear. There are some lighter, yellowish stains and small white spots scattered across the surface, suggesting foxing or damage over time.

Farbkarte #13

B.I.G.

